



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia II Hebr. ix. Non in manufacta sancta Iesus introiuit, exemplaria
verorum: sed in ipsum cælum. &c. lxxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

SENTENTIA II. Hebræor. 9.

Non in manufacta Sancta Iesus introiuit exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.

PARACLESIS.

Ergo amplectamur dilectionem, communicemus **CAPVT**
passionibus, lauamur in sanguine eius: ipsum offeramus Propitiationem pro peccatis nostris: quoniam ad **LXXVIII.**

hoc ipse natus & datus est nobis. Ipsum oculis Patris, ipsum offeramus & suis, quia & Pater proprio filio suo non peperit, sed pro nobis tradidit illum: & ipse Filius propter ipsum exinaniuit formam serui accipiens. Ipse tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reprobatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit vt non perirent. Non possunt perire, pro quibus Filius rogat, ne pereant: pro quibus Pater tradidit filium in mortem, vt viuant. Equaliter ergo ab utroque speranda est venia, quibus equalis est in peccate misericordia: par in voluntate potentia: vna in veritate substantia: in qua vnus cum eis Spiritus sanctus vivit & regnat Deus per omnia secula seculorū. Amen.

SENTENTIA III. I. Ioannis 2.

Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, Aduocatū habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est PROPITIATIO pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

PARACLESIS.

CAPVT

Si quis humana fragilitate peccauerit, non animum **LXXIX.**
despondeat; speret veniam: nō suas vires respiciens, sed ipsum abnegans, se totum effundat in Iesum Christum: qui **Claud. Guil. in Cano. Ioan.**